



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 38. Diöceses novæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.

A.C. 1318.

to. II. p. 1625

Sequente anno 1318 Robertus Curtiniacensis Remorum Archiepiscopus Silvanecti concilium habuit; cui intererant quatuor ejus Suffraganei, Joannes Bellovacii, Guido Tornaci, Petrus Silvanecti, ac Engerranus Tervæ Episcopi cum Oratoribus septem absentium, e quibus erat Petrus Latilius Episcopus Catalaunensis, ideoque plene purgatus. Id Concilium, ut bonorum ad Ecclesias pertinentium occupationes injustas reprimeret, jussit divinum officium omitti cunctis in locis aggressionis auctori obnoxiiis (hæc enim plerumque cadebat in Optimates) item in locis, ubi ageret iniquus possessor, sive inter Proceres esset sive non; & in loco, ubi detinerentur res ablatæ. Addebantur anathema & denunciationes; quasi talis violentiæ authores commoverent poenæ sacræ. Litteræ synodicæ dabantur 27 Martii an. 1317, scilicet 1318 ante Pascha, quod incidit in vigesimum tertium Aprilis.

§. XXXVIII.

Diececes novæ.

Interim Papa Joannes pergebat in Francia episcopatus instituere. A diœcesi Lemovicensi sejunxit urbem Tutelam, ubi vetus erat abbatia in honorem S. Martini

tini condita ineunte seculo octavo, neu- Sæcul. XIV.
 tiquam serius, si non prius. A Nor- A.C. 1318.
 mannis diruta prorsus deserta mansit, Bal. to. I.
 bona possidentibus Dominis profanis; p. 136.
 quorum ultimus fuit Ademarus Pro-Co- Mabill. An-
 mes Lemovicensis agri inferioris. Is nal.
 cœnobium redintegrare statuit, & con- l. 41. n. 86.
 sentiente Rege Radulpho tradidit S. O- l. 43. n. 25.
 doni Abbati Cluniacensi. Sic disciplina
 monastica secundum regulam S. Bene-
 dicti eo reducta est sub annum 930. Po-
 stremus Abbas Tutelensis erat Arnal- Gall. Chr.
 dus a S. Asterio, primus ibi Episcopus a to. 3. p. 1102.
 Papa factus anno 1318. Vaurum in Mab Annal.
 Lauracio Occitanie superioris tractu erat l. 15 n. 13.
 antiquum monasterium seculo septimo l. 69. n. 96.
 exstructum a S. Alano seu Elano Episco- Catel Lang.
 po, qui colitur 25 Nov. Isarnus Episco- p. 322.
 pus Tolosanus anno 1098 id cœnobium
 in sua diœcesi situm & S. Elani nomine
 nuncupatum Frotardo Abbati Thome-
 riensi reparandum dedit, quia per ne-
 gligentiam labefactum erat. Constitu-
 tus ibi prioratus est abbatie Thomeriensi
 obnoxius; & duravit usque ad annum
 1318: quo Papa Joannes illic Episcopi
 sedem fixit 22 Februarii, eque primum Gall. Chr.
 imposuit Rogerium Armeniacensem. to. 3. p. 1140.
 Eo- p. 738.
 dem die cathedram pontificiam posuit
 in parochiali S. Mauritii templo Mirapi-
 cino, submititque metropoli Tolosanæ, Bal. to. I.
 cujus in diœcesi Mirapicum fuerat. Pri- p. 679.

Sæcul. XIV. A.C. 1318. mum huic urbi Episcopum decrevit Ray-
mundum Attonem Tolosanum Abbatem
ad S. Sernini.

Ibid. p. 138. In Hispania Papa Joannes mense Au-
gusto eodem anno 1318 provinciam Tar-
raconensem dividens conversæ in metro-
polim Cæsaraugustæ subjecit quinque
Suffraganeos ex undecim Tarraconi ob-
noxiiis; cui proin sex tantum reliquit.

Rayn. 1318. *n. 38.* Volebat etiam in Arragonia partiri dice-
ceses; sicut in Gallia fecerat. Sed Ar-
chiepiscopus Tarraconensis ei exposuit,
reditus illarum, si dividerentur, non suf-
fecturos esse ad sustinendam dignitatem
pontificiam.

§. XXXIX.

*Viri apostolici mittuntur in Tarta-
riam & Armeniam.*

Ragn. 1318. *n. 4.* *Sup. l. 90.* *§. 40.* *Bibl. Orient.* *p. 88. § 27.* Papa Joannes apud ethnicos quoque
diceceses novas instituit. Franco
Perusinus ex Ordine Prædicatorum Ev-
angelium promulgabat Persiæ subjectæ
Tartaris: ibique ac vicinis in locis ma-
gnus hominum numerus Christo adjun-
ctus erat. Id edoctus Papa urbem Sul-
taniam, quam Magnus Canus Aliaptus
pro sede sibi sua nuper condiderat, esse
civitatem, immo metropolim sacram vo-
luit: & primum ejus Archiepiscopum
renun-